



INSTITUTIONVM SEV ELE-
mentorum D. Iustiniani, sacratis-
simi Imperatoris
LIBER III.

TIT. I.

DE HEREDITATIBUS a, QUAE
ab intestato deferuntur b.

*Priores s. libri
li. hujus libri 37
et usque hodie re-
cesserunt, pro-
iisdem introductis
et h. Nov. 118.*

a) Materialiter potissimum acceptis seu pro bonis & ju-
re in quod ucceditur: ut pass. in titulis ff. & C. de acqu. vel
omit. her. item de her. pet. l. 3. §. hereditatis. r. ff. de don. poss.
implicita tamen & significatione ea qua denotatur, in cau-
sa efficient, titulus seu jus quo succeditur. l. hereditas. 62.
ff. de R. l. & quidem de jure civili: cum titulus seu jus, quo
ex jure pratorio succeditur, vocetur bonorum possessio. infr.
tit. 10.

b) ita ut vel ipsa hereditates in ea causa sint, ut adiri
& acquiri possint. l. delata. 151. de V. S. vel heres aliquis fa-
cultatem adeundi & acquirendi habeat.

De Reb. sect. 2. par. 2. mod. univ. 1. cap. 2.
memb. 1. art. 1. ord. 1.

Partes hujus tituli sunt IV.

I. Quis dicatur intestatus.

Intestatus decedit, qui aut omnino testamen-
tum non a fecit: aut non jure fecit: aut id,
quod fecerat, ruptum

a) sive potuerit facere, si-
ve non potuerit. l. 1. pr. ff. de
suis & legit.

M 6 irri-